

non tamen privationis, vel depositionis; In hoc quippe casu ad Capitulum generale dicti Succesores accedent similiter Religiosi, qui sub nomine, & titulo Præfidentis a Vicepræfeto generali illius Regni, in quo Generalis una residet cum suis Assistentibus fuissent provisionaliter destinati, & de tempore intimationis reperirentur in actuali regimine Conventuum, eorum scilicet; qui formales nuncupantur, ipsi jus habeant accedendi ad Capitulum tanquam veri vocales vice, & loco Præfectorum, dummodo tamen isti tunc temporis ad suos Conventus non accesserint, neque realem, & actualem proprii officii possessionem apprehenderint.

Capitula Generalia celebranda in Civitate Guatimalæ.

XII. Cum Conventus Civitatis Guatimalæ proximior ceteris, & pro accessu, & recessu vocalibus utriusque Regni commodior sit, atque prima Domus, & Matrix totius Bethlemiticæ Religionis, in eo perpetuis futuris temporibus Capitula generalia celebrentur, & in hisce major Infirmarius ejusdem Conventus, sive Hospitalarius pro tempore suffragium habeat, & firma ceteroquin, ac in suo robore subsistant contenta in Constitutionibus Ordinis Cap. 9. §. 14. super Alternativa eligendi primos, & secundos Assistentes Generales utriusque Regni, ut apud Præfctum generalem Religiosi continuo, & ubique adfuerint, qui de statu, usibus, & moribus eorumdem Regnorum sint sufficienter instructi.

Quid præfctum quando abfens in Generalem eligatur.

XIII. Quotiescumque canonicè in Præfctum generalem eligatur abfens, tunc ne ob magnam locorum distantiam Religio in suo regimine aliquod patiatur dispendium, aut detrimentum, prædecessor Præfctus generalis, sive Vicarius generalis, qui juxta literas Apostolicas in forma Brevis Sanctæ Mem. Benedicti XIII. sub datum 9. Aprilis 1728. Capitulo præfuit in Religionis regimine nedum tanquam Vicarius, sicuti in Constitutione Cap. 9. §. 5. disponitur continet. una cum Assistentibus generalibus in eodem Capitulo generali electis, sed & ab ipso Capitulo antequam dissolvatur, tres alii Religiosi per secreta suffragia eligantur, qui in eodem Conventu de Guatimala commorentur, donec acceptationis electi Nuncius pervenerit. Si autem electioni de se factæ iste expresse renunciaret, vel interim decederet, ad novam Præfcti generalis electionem deveniatur cum solis votis ipsius Vicarii quatuor Assistentium generalium, Secretarii generalis ejusdem Capituli, & dictorum trium Religiosorum; Quod si tunc unus, vel plures ex præfatis Electoribus ultra tres dietas abessent, vel se hujusmodi munere abdicassent, aut abissent, in deficientium locum subrogati censentur Religiosi antiquiores juxta antianitatem professionis, qui tunc in dicto Conventu aderant, sive Conventuales fuerint, sive interpolatim residentes, dummodo nullum patiantur Canonicum impedimentum. Ita pariter si obitus prædicti Vicarii, vel Secretarii generalis acciderit, memorati Vocales,

assumptis eodem modo, ac forma Vocalibus deficientibus, e Domo prædicta novum Vicarium, novumque Secretarium generalem eligant, ut nunquam desint vocales pro novo Præfeto generali eligendo. Postremo eveniente obitu, aut renunciatione, vel depositione Præfcti generalis, perdurante novennio, sui regiminis, diligenter, & exacte servantur disposita per antedictas literas Apostolicas Sanctæ Mem. Benedicti XIII.

XIV. Præfeto Generali in Regno Peruano commorante, Vicepræfctus Generalis ab ipso una cum suo Definitorio ex Religiosis Regni novæ Hispaniæ, & viceversa in Regno novæ Hispaniæ residente Vicepræfctus Generalis ex Religiosis Regni Peruani, qui tamen non sint Præfcti, per secreta suffragia eligantur, quibus suas ipse vices committere debeat, prout in Constitut. Cap. IX. §. 9. Statuitur, atque in dicta Jurisdictione non amplius duret, quam per quadriennium cum dimidia anni parte tantum a die captæ ab eo possessionis computandum, nec in eodem officio pro quadriennio immediate sequenti confirmari quoquo modo possit; quadriennio autem ut supra cum dimidio anni integre expleto, si contigerit alium in Regno, ubi Generalis non residet, Vicepræfctum Generalem, qui ejus vices substituat, non fuisse destinatum, sive propter novæ electionis dilationem, sive ob electi decessum illuc debito tempore non pervenisse, tunc pro interim assumat, dictique Generalis durante necessitate vices exerceat Præfctus pro tempore Conventus S. Francisci Xaverii Civitatis Mexicanæ, & respective, B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo Civitatis Limæ, & si Præfctus, ut supra subrogatus interim quoque periret, tunc in officio Vicegeneralis Definitorium Provinciae suffectum esse censetur.

Pro uno Regno Generalis Præfctus, pro alio Vicegeneralis eligendus.

XV. Vicegenerales, qui hujusmodi officio eo tempore, quo Capitulum generale celebrabitur exercent, vel intra quadriennium sui officii aliquandiu exercuerunt, in eodem suffragium habeant, quamvis alteruter, vel uterque ob annalem, vel biennem, aut aliam majorem residentiam, & moram Generalis in alterutro respective Regno ab illius exercitio quemadmodum ordinis Constitutio Cap. IX. §. 9. disponit, desisterit. Quoties autem Vicegeneralis unius, vel alterius Regni ubi Generalis non residet ob legitimam causam abesse contingat, ne Religio, durante hujusmodi absentia careat Superiore, deputetur per Generalem, ejusque Definitorium loco dicti Vicegeneralis alius Religiosus, qui pro interim gubernio, ac regimini incumbat. Et si literæ patentes congruo tempore ante illius discessum non pervenissent, gubernium sit penes ejusdem Regni, seu Provinciae Definitorium.

Quis Provinciam regere debeat Vicegeneralis, & Generalis absentibus.

XVI. Imposterum ad Generalem in Regno, ubi residet, in altero vero ad Vicegeneralem privative spectet Religiosorum numerum augere, vel imminuere, eos mutare, ac transferre de uno ad alterum

Ad quem spectet Fratrum admissio, & translatio.

De transitu Tertiariorum, vel Donatorum ad professionem.

rum Hospitalæ, juxta opportunitatem, seu necessitatem Conventuum, atque locorum, ad ipsos etiam pertineat tempore visitationis computare, cognoscere, rationem exigere, omniaque, & singula præcipere, & providere, durante dicta visitatione, quæ tam pro bono regimine Hospitalium, quam pro Spiritualium, ac temporalium consolatione Infirmorum, & Religiosorum, qui illorum curam gerunt, necessaria esse, sive juxta proprias conscientias in Domino expedire censuerint.

XVII. Qui ad habitum Religiosum cucullatum ob aliquod impedimentum, seu legitimam causam admitti non possunt, vel tantum recipiunt viri simplices Tertiarium vulgo Donati, si deinde ipsorum aliqui perpetuo in Religione vivere optarent, & solemnem professionem emitte, postquam per biennium saltem tanquam Donati inservierint, possint per Præfctos Conventuum una cum Discretis, seu gravibus, ac prudentibus Religiosis proponi Præfeto Generali, ejusque Assistentibus, quibus plena, & sincera infimul transmittatur informatio super eorum vita, & moribus, obtentaque licentia in scriptis ab eodem Præfeto Generali, ejusque Definitorio, ac præmissis anno Novitiatus cum clausura servatisque omnibus aliis requisitis, quæ cuilibet Novitio faciendæ, gerendæ, & servandæ sunt, admittantur ad professionem sub qualitate, & nomine Tertiariorum, sive Donatorum: Cucullam nunquam deserant, voce activa, & passiva perpetuo careant, & solummodo addicti sint illis exercitiis, & officiis, quæ ipsorum statui conveniunt, Sacrificia videlicet, eleemosynarum perquisitioni, Horti, Coquina, Refectorii, aliisque hujusmodi, quæ unicuique prudenter, & opportune distribuuntur; De hisce autem ante, & tempore Novitiatus, ac immediate ante professionem certiorari debeant, ac plene edoceri, ut probe sciant omnia, & singula, ad quæ obligantur, & servare tenentur, nequillo unquam tempore quidquam pro nullitate professionis allegare audeant, vel præsumant.

Capitula Generalia quoties cogenda novennio, data Generali facultate proximam differendi ad alium annum.

XVIII. Capitulum generale de novennio in novennium juxta antedictas literas Apostolicas factæ Mem. Benedicti XIII. die 4. Maii 1725. signatas celebretur. Quia tamen evenire posset, præfentes declarationes, ordinationes, & statuta ob longum nimis ab Urbe ad præfata Regna iter, opportuno tempore ante proximi futuri Capituli celebrationem non pervenire, neque ob perdifficilem transfretationem, atque raro admodum contingentem ab uno ad alterum Regnum, ut dictum est transfretationis occasionem ad omnium Vocalium notitiam deduci posse. Hinc ad evitandas perturbaciones, & controversias, quæ oriri inde possent, Præfctus Generalis illud ad annum tantum prorogare valeat, si ita pro bono Religionis necessarium fore, aut expedire cognoscat, dummodo ex novem octo saltem suffragia ab eodem Præfeto Generali Assistentibus generali-

bus, aliisque, qui in literis Apostolicis diei 27. Maii 1732. pro electionibus Præfectorum designantur secreto præstanda, concurrant: lidem autem Vocales ad Capitulum ita prorogatum accedant, qui nulla facta prorogatione accessissent, & si eorum aliqui tunc temporis legitimo detineantur impedimento, subrogentur alii, ut supra num. 3. & 11. statutum est. Cumque non tam facile a præfatis Regnis ad Apostolicam Sedem recursus haberi queat, ubi iusta, ac urgens causa intercedat, imposterum, etiam Capitula generalia eodem tamen prorsus modo concurrentibus octo ex novem prædictis suffragiis, nec unquam ultra annum prorogari possint.

XIX. Ad evitandas quascumque lites cognitio dubiorum quorumcumque tam circa præmissa, quam reliquis Ordinibus Constitutiones, quæ forsitan imposterum, oriri, vel excitari poterunt eorumque interpretatio, Resolutio, & respective Declaratio (dummodo ipsis Constitutionibus, Bullis Apostolicis, Sacris Canonibus, & Decretis Sacri Concilii Tridentini non adversentur) ac plenaria executio ad Præfctum Generalem, ejusque Definitorium pro tempore privative pertineant.

Resolutio Dubiorum in Regula ad quem pertinet.

§. 2. Quare ipsi Exponentes Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere, de benignitate Apostolica dignemur.

Pecunia hujusmodi Constitutionum confirmatio.

§. 3. Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, & attenta relatione venerabilis Fratris nostri Ludovici Episcopi Albanen. S. R. E. Cardinalis Pici nuncupati, supradicti Ordinis apud Nos, & Sedem prædictam Protectoris, qui iussu nostro Constitutiones, & Ordinationes hujusmodi mature, diligenterque examinavit, Nobis super præmissis facta, Constitutiones, & Ordinationes præinfertas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac quoscumque Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici prætendi, ac ceteri possent, supplementis, & sanamus, ipsarumque Constitutionum, & Ordinationum exactam, ac inviolabilem observantiam, omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, auctoritate, & tenore præfatis præcipimus, & demandamus.

Conceditur.

§. 4. Decernentes easdem præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros

Ejusdem perpetua validitas.

tegros effectus fortiri, & obtinere, ac iis, quos concernunt in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantium derogatio.

§. 5. Non obstant. præmissis ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis illiusque Hospitalium aliiſve quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Præsentium Literarum transumptis danda fides.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Dat. die 27. Febr. 1736. An. VI.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub annulo Piscatoris die 27. Februarii 1736. Pont. nostri Anno VI.

CLXXII.

Confirmatio Concordiæ inter Archiepiscopum, & Archimandritam Messanæ inita super diversis punctis Iurisdictionalibus.

CLEMENSE EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Proximum.

IN Apostolicæ Dignitatis Solio Divina disponente clementia meritis licet imparibus constituti, & per immaculata vestigia ejus, qui supra Petram ædificavit Ecclesiam incedere satagentes, pacemque inter Christianos quoslibet inducere, inductamque conservare vigilantî sollicitudine meditantibus ad ea libenter intendimus, per quæ litibus, & controversiis inter eodem Christianos præsertim Pontificali Dignitate præditos occurritur, nec non ea, quæ communi Concordia terminata sunt, ne in recidivâ contentiois scopulum relabantur, approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adicimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sane pro parte Venerabilium Fratrum nostrorum Thomæ de Vidal, & de

Nin moderni Archiepiscopi Messanen., & Silvii Valenti Gonzaga moderni Archiepiscopi Niceni, ac nostri, & Sedis Apostolicæ Nuncii Bruxellis commorantis, modernique Commendatarii Archimandrite nuncupati Monasterii Archimandritatus nuncupati S. Salvatoris de Lingua Phari nuncupati Messanen. Ordinis S. Basilii, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias vertentibus variis litibus, & controversiis tam forsan in partibus, quam in Romana Curia coram certis partium illarum, & Curia hujusmodi Judicibus competentibus inter bo. mem. Iosephum Migliaccio dum viveret Archiepiscopum Messanen., & dictum Silvium Archiepiscopum, & Commendatarium, qui ratione dicti Monasterii particulare, & separatum Territorium habere, ac Iurisdictionem quasi Episcopalem in sibi subiectis locis exercere, ac Synodum convocare, & in ea Examinatores deputare pretendebat ex altera partibus super exercitio Iurisdictionis quasi Episcopalis præfata per pro tempore existentem dicti Monasterii Commendatarium exercendæ eodem Silvio Archiepiscopo, & Commendatario; quod ipse tamquam vere Ordinarius cum sua propria Dioecesi distincta, & separata, ac independente, cum Iurisdictione spirituali, & temporali, ut quilibet Ordinarius in sua propria Dioecesi habet, & vere esse Nullius a præfato Iosepho Archiepiscopo recognosci, quodque Censuræ in fundatione dicti Monasterii favore pro tempore existentium Archiepiscoporum Messanen. constitutus pro omnino Iure Episcopi pro tempore existentibus Archiepiscopis Messanen. juxta quamdam Concordiam inter bo. me. Ugonem dum etiam viveret Archiepiscopum Messanen., & tunc existentem Siciliæ Regem inita solvi respective debeat, quodque confugiens ad Ecclesias præfate Monasterii subiectas propria auctoritate extrahere, & in Carceribus ad nomen Ecclesiæ detineri facere, nec non literas Dimissoriales suis Subditis concedere, & concursus ad Beneficia Curata tenere, & instituire respective valeat, quodque dispensationes, & literæ Apostolicæ ei dirigi possint: Iosepho Archiepiscopo vero præfato, e contra, quod præfatus Silvius Archiepiscopus, & Commendatarius minime sit Ordinarius cum separata Dioecesi, & distincto Territorio, & vere Nullius, quodque Censuræ præfatus vigore fundationis præfati Monasterii, & Regionum Diplomatum a præfato Silvio Archiepiscopo, & Commendatario debeat, ac recognitio Immunitatis Ecclesiasticæ, illiusque declaratio pro Confugiens ad Ecclesias eidem Monasterio, ut præfertur, subiectas, eorumque extractio ad pro tempore existentem dicti Monasterii Commendatarium spectare non possit, sed hoc private ad pro tempore existentem Archiepiscopum Messanen., tamquam Delegatum Apostolicum spectet, & pertineat, quodque idem Silvius Archiepiscopus, & Commendatarius literas Dimissoriales suis Subditis concedere, atque

Causæ litium vertentium inter partes

concurfus ad Beneficia Curata absque expressa Sedis Apostolicæ concessionem tenere, & instituire respective non valeat, necnon dispensationes, & literæ Apostolicæ eidem Iosepho, & pro tempore existenti Archiepiscopo Messanen. tantum private quoad omnes dirigi debeant respective præsentibus, rebusque aliis in actis causarum, & controversiarum hujusmodi latius deductis, & earum occasione in prima, seu secunda, aut alia veriori instantia pendenti-bus indecisus.

Concordiam inite parant.

§. 2. Iosephus Archiepiscopus, & Silvius pariter Archiepiscopus, & Commendatarius præfati serio inter se meditantibus quam sit absonum ab Ecclesiastica disciplina, & Prælatorum dignitate lites fovere, eas præcipue, quæ simplicem Iurisdictionem respiciunt, a quibus innumera detrimenta, & scandala, quæ Prælatorum charitati, & subditarum Animarum regimini sunt quam maxime infensa, prodire solent, ad dirimendas lites, & controversias hujusmodi, earumque dubios eventus evitandum, innumerique sumptibus parcendum, pacemque, & benevolentiam inter se conciliandam de communi Iurisperitorum consilio, & quoad Iosephum Archiepiscopum præfatum de tunc existentium Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Messanen. consensu ad infra scriptam sub nostro, & Sedis Apostolicæ beneplacito devenerunt inter se bonæ fidei Concordiam, seu Transactionem, videlicet.

Concordata Commendatarius Messanen. Iurisdictionem habet Civilem, contentiosam, & criminalem in omnibus ratione Monasterii sibi subiectis.

§. 3. Primo, quod dictus Iosephus Archiepiscopus, ejusque Successores recognoscere debeant dictum Silvium Archiepiscopum, & Commendatarium, ejusque in dicto Monasterio Successores habere, omnimodam Iurisdictionem civilem, & contentiosam, atque criminalem in omnibus ei ratione dicti Monasterii subiectis locis, necnon etiam in Civitate Messanen. super ejus Subditos, juxta tenorem Bullarum Apostolicarum, ac Sententiarum de super emanatarum, ad quas Sententias pro eo, quod respicit hunc tantummodo articulum ordinarietatis dicti Silvii Archiepiscopi, & Commendatarii nulla habitæ consideratione reliquorum articulorum in præfatis Sententiis contentorum, quibus per præsentem Concordiam, seu Transactionem in nullo præjudicatum esse censatur, relatio, & respectus habeatur.

Debet tamen 16. mens. Sc. Archiep. solvere Iure Censuræ.

Secundo, quod præfatus Silvius Archiepiscopus, & Commendatarius, ejusque in dicto Monasterio Successores præfati dicto Iosepho Archiepiscopo, ejusque Successoribus sexdecim urcias, & carolenos octo monetæ currentis Regni Siciliæ Iure Censuræ debiti juxta tenorem fundationis dicti Monasterii, Regionumque Diplomatum annuatim persolvere obligatus exiit.

Potest suis Subditis Dimissoriales dare forma hic expressa.

Tertio, quod idem Silvius Archiepiscopus, & Commendatarius, ejusque in dicto Monasterio Successores præfati literas Dimissoriales ad ordines suscipiendos suis Subditis concedere possint, ita tamen ut toties, quoties illos dimittere habeant, te-nentur ex pacto vigore præsentis Concor-

diæ, seu Transactionis dimittere, Dimissorialesque hujusmodi literas pro tempore, existenti Archiepiscopo Messanen. private dirigere: in casu vero impedimenti ejusdem Archiepiscopi, vel vacationis Sedis Archiepiscopalis Messanen, vel Ordinandorum longe absentia, pro qua longa absentia intelligi debeat, si Ordinandi degant extra Dioecesim Messanen., literæ Dimissoriales hujusmodi dirigi valeant ad quemcumque Episcopum Archiepiscopo Silvio, & pro tempore existentem dicti Monasterii Commendatario benevisum, ita tamen, quod hujusmodi literæ præsentari debeant in Curia Archiepiscopali Messanen. & ab ipsius Cancellario subscribi, & apponi: Ita est sic ex pacto, & accedente Sanctæ Sedis consensu, & quod idem servandum sit in omnibus prædictis casibus, & de Apostolicis Brevibus super dispensatione atatis, vel temporum interstitiis.

Concurfus ad Parochias, & Beneficia Curata indicere.

Quarto, quod Archiepiscopus, & Commendatarius, ejusque Successores præfati quoscumque concursus ad Parochiales Ecclesias, ceteraque Beneficia Curata indicere, & instituire possint, & valeant, quibus concursibus, & institutionibus Iosephus Archiepiscopus, ejusque Successores præfati se opponere minime valeant.

Dispensationes Matrimoniales is debet exequi, cui dignatur.

Quinto, quod si literæ Apostolicæ, & dispensationes matrimoniales pro Subditis Archiepiscopi, & Commendatarii eidem Archiepiscopo, & pro tempore existentem dicti Monasterii Commendatario directæ fuerint, tunc ab eo exequi debeant, & nullum a Iosepho Archiepiscopo, ejusque Successoribus præfatis impedimentum, vel obstacle fieri possit: & e contra si ex aliqua speciali causa pro tempore existentem Archiepiscopo Messanen. ab eadem Sede directæ fuerint, tunc ab eodem Archiepiscopo Messanen. etiam exequi debeant, & nulla per pro tempore existentem Monasterii præfati Commendatarium fieri possit oppositio.

De extrahendis ab Ecclesiis.

Sexto quoad recognitionem, & declarationem Immunitatis pro confugiens ad Ecclesias eidem Monasterio subiectas, quod Iosephus, & pro tempore existens Archiepiscopi Messanen. judicare debeant, an confugiati in Ecclesiis hujusmodi Immunitate hujusmodi gaudeant, vel non, & sint extrahendi, vel restituendi Ecclesiis dicto Monasterio; ut præfertur, subiectis, Silvius Archiepiscopus vero, & pro tempore existens dicti Monasterii Commendatarii confugiatos huiusmodi propriis Ecclesiis extrahere, & in suis Carceribus ad dispositionem pro tempore existentis Archiepiscopi Messanen. custodire, eumque mediante Epistola certiorum facere infra terminum quatuor dierum de extractione, & detentione confugiati huiusmodi.

Præservatio juris quoad reliqua.

Septimo quod præservata intelligantur hinc inde omnia iura respectu ceterarum rerum in præfati Concordiæ, seu Transactionis non comprehensarum.

Utraque pars hinc acquiescit Concordiæ.

Octavo, & demum, ut pro maiori præmissorum validitate, & firmitate Liti-

hujusmodi, omnibusque, & quibuscumque supplicationibus, aliisque Actis usque modo hinc inde gestis, & unicuique causae, & litis pendentiæ super supra scriptis articulis tantum, & dumtaxat respectu cedere, & renunciare, seque præsentis Concordiæ, seu Transactioni non contradicere, nec adversus eam quidquam opponere, sed ei stare, & acquiescere, & ab ea nunquam reclamare velle, promittere respectu debeat, & teneantur, & alias, prout in Instrumento publico, seu Scripturis publicis desuper confecto, seu confectis tenoris sequentis, videlicet:

Instrumentum super hoc confectum.

Jesús, María, Joseph. Die vigesimo tertio Augusti, septimæ Indictionis, millesimo septingentesimo vigesimo nono, præsens coram Nobis &c. Magnificus Placidus Arnó Procurator Fiscalis Magnæ Curie Archiepiscopali Sede Vacante hujus Nobilitatis, Fidelissimæ, & Exemplaris Urbis Messanæ M. N. C. &c. dicto nomine tam pro sua indemnitate, quam aliorum, quorum interest, sponte &c. vigore præsentis, exhibuit, ac nobis præsentavit, prout exhibet, & præsentat infra scriptum Originale Albe- rianum scriptum manu aliena, & subscriptum manibus propriis quondam Illustrissimi, & Reverendissimi Don Joseph Migliaccio Archiepiscopi olim hujus Urbis, & Illustrissimi, & Reverendissimi Don Silvii Valenti Gonzaga Archimandrite hujus prædictæ Urbis, necnon Reverendorum Abbatum Don Bartholomæi Dominici Voci, & D. Joseph Cæli Testium præsentium, in quo adest inserta infra scripta minuta scripta manu aliena, & firmata in margine calcis manu propria Illustrissimi, & Reverendissimi Fratris Joseph Maria Perimezzi Episcopi Oppidensis, in qua ad sunt nonnulla verba, nempe unum lineatum, & superadditum, & alia acconciata, quorum tenor est, ut infra sequitur, videlicet = Jesús, María, Joseph. Cum pro expellendis differentiis emeritis inter Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum D. Joseph Migliaccio Archiepiscopum Messanen., ac Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Don Silvium Valenti Gonzaga Archimandritam pariter Messanen., circa quosdam Articulos infra expressandos, fuerit ab eisdem Illustrissimis, ac Reverendissimis Dominis Archiepiscopo, & Archimandrita Messanensibus pro pace, mutuaque benevolentia inter eos in perpetuo conservanda, omnibusque scandalis compescendis remissa forma Concordiæ Admodum Reverendo Abbati utriusque Juris Doctore D. Joseph Buglio ex parte dicti Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Messanensis, & ex parte Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Archimandrite itidem Messanen., utriusque Juris Doctore D. Andree Mondiola, & pro utraque parte utriusque Juris Doctore Don Francisco Campagna, & ultimo tandem Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Fratri D. Joseph Maria Perimezzi Episcopo Oppidensi in utraque Censura præclarissimo Consulto hic Messanæ quadam ejus

opera Typis excudendi causa degenti, & ab eo auditis pluries Juribus utriusque Partis, ac serio eis perpensis, visisque videntis, consideratis considerandis, Concordiæ, Transactionis, & Compositionis, ac Conventionis Exemplum expressum fuerit, eoque bene, & attente, ac mature perlecto, & considerato a memoratis Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Archiepiscopo, & Archimandrita Messanensibus fuerit deventum ad hujusmodi Concordiæ, Transactionis, & Conventionis conficiendum Instrumentum, adhibito ad hoc pro parte dicti Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Messanen., Consensu Admodum Reverendissimorum Dominorum Dignitatum, ac Canonicorum hujus Sanctæ Proto - Metropolitanæ Messanensis Ecclesiæ majorem partem, & totum corpus Reverendissimi Capituli ejusdem Proto - Metropolitanæ Messanensis Ecclesiæ representantium, cujus quidem Instrumentum forma absque publica, & solemnitate stipulatione, nisi obtento prius Beneplacito Apostolico a Sancta Sede, & a Sacra Congregatione Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium ad quam spectat sub sequenti tenore, ac pleniori serie perlegitur, videlicet: Jesús &c. Cunctis pateat ubique, & evidenter sit notum, quod in nostra Notarii, Testiumque infra scriptorum præsentia personaliter constitutus Illustrissimus, & Reverendissimo Domino D. Joseph Migliaccio Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopo Messanen., Comite Regalbruti, Domino Alcarie Barone Boli, Regioque Consiliario &c. cum consensu tamen infra scriptorum Admodum Reverendorum Dignitatum, & Canonicorum hujus Sanctæ Proto - Metropolitanæ Messanensis Ecclesiæ, scilicet utriusque Juris Doctoris Don Cajetani Buglio Decani, & Canonici utriusque Juris Doctoris, Don Bartholomæi Castello Cantoris, & Canonici, utriusque Juris, & Sacre Theologiæ Doctoris, Don Gregorii Milia Archidiaconi, & Canonici utriusque Juris Doct., Don Antonini Galletti, utriusque Juris Doctoris, D. Didaci Migliorino, D. Joannis Antonii Muno, D. Vincentii Fori, D. Dominici Rizzo, D. Antonini Granata, D. Antonini Colita, D. Cæsaris Castelli, D. Francisci Brancato, D. Joannis Marino, D. Gasparis Calcagni, Don Ignatii Caeta, & D. Friderici Moncada majorem partem, & totum corpus Reverendissimi Capituli ejusdem Proto - Metropolitanæ Messanen., Ecclesiæ representantium, necnon Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Don Silvio Valenti Gonzaga Archimandrita Messanensi, & ad hæc omnia infra scripta agentibus, & devenientibus, nempe dicto Illustrissimo, & Reverendissimo Domino de Migliaccio uti Archiepiscopo Messanensi cum consensu, ut supra dicti Reverendissimi Capituli, & pro se, ac nomine, & pro parte Illustrissimorum, & Reverendissimorum Archiepiscoporum Messanen. pro tempore, & in perpetuum existentium parte ex una, dicto-

que Illustrissimo, & Reverendissimo Domino de Valenti Gonzaga uti Archimandrita Messanen., ac pro se, & nomine pro qua parte Illustrissimorum, & Reverendissimorum futurorum Archimandritarum Messanen. parte ex altera mihi Notario plene cognitis fuit pro deveniendo ad infra scriptam Conventionem, Compositionem, Transactionem, & Concordiam expositum, coram Nobis, quod infra perlegitur, videlicet: Anno Incarnationis Dominicæ millesimo nonagesimo sexto Rogerius Rex Magnæ Celsitudinis, & recolendæ memoriæ in Provincia, & Diocesi Messanen. Monasterium Sanctissimi Salvatoris sub Regulari Observantia Ordinis S. Basilii crexit tamquam Caput omnium Monasteriorum Gracorum, ac eidem Monasterio Archimandritam, uti Pastorem, & Prælatum elegit, cui Superioritatem, & Jurisdictionem tribuit in omnes Abbates, Abbatias, & Monachos sibi subiectos, ita ut ipse Archimandrita uti Princeps Græcis, quem admodum ipsum nomen Archimandrite Græco Idiomate sonat, in omnibus dictis Monasteriis, & Græciis, & Abbatibus, Monachis, Clericis, & Laicis eorum subiectis tam in Spiritualibus, quam in temporalibus Auctoritatem haberet inquirendi secundum Divinos, & Sacros Canones Criminales, vel quascumque pecuniarias questiones omnium Monachorum, & Prælatorum, qui in ipsis Monasteriis, & Abbatibus sunt, & nulli alii Personæ responsum facere, nisi ipsi Regi, cum præstatione tamen Census favore Archiepiscopi Messanen. in Fundatione constituti ab ipomet Rege, quemadmodum ex eisdem verbis Fundationis dignoscitur; Et quamvis ad preces Willielmi Regis felicis rec: Alexander III. Anno millesimo centesimo septuagesimo quinto Fundationem ipsam approbaverit, & collaudaverit, dictoque Archimandrita in memoratis omnibus Monasteriis, & Obedientis examinare, & judicare Abbates, & Monachos, & Laicos tam in Spiritualibus, quam in Temporalibus, eorumque Causas juste, & legitime definire indulserit, & Innocentius III., alique Romani Pontifices Monasterium præfatum, Obedientias, ceteraque Monasteria suffraganea ab omni Potestate liberaverint, eo modo, ut nulli Diocesano Archiepiscopo, vel Episcopo, nisi præfato Archimandrite respondere tenerentur, & Honorius III., & Paulus II. e converso mandaverint confirmationem Electionis Monachorum de Archimandrita Munus Benedictionis, & annuam visitationem, correctionemque ipsius Archimandrite ad Archiepiscopum Messanen. spectare, pertinere, nihilominus Sixtus IV. felicis rec: his non obstantibus Monasterium ipsum cum omnibus, & singulis Juribus, & pertinentiis, suis membris, & Abbatibus, ac Archimandritam, Monachos, & Conventum ejusdem Monasterii ab omni Jurisdictione, Superioritate, Subjectione, & Potestate Archiepiscopi, & Capituli Messanensis Ecclesiæ, & quorumcumque Or-

dinariorum præsentium, & futurorum eximit, & liberavit, adeout Archiepiscopus, & Ordinarii, & alii supradicti etiam ratione Delicti, seu Contractus, aut rei de qua agatur, ubicumque committatur, Delictum Contractus ineatur, vel res ipsa consistat, nullus possit in Archimandritam, Monachos, & Conventum, Ministros, Personas, Monasterium, Membra, Loca, Bona, utpote prorsus, & omnino exempta, & Sedi Apostolicæ immediate subiecta, seu Jurisdictionem, Potestatem, aut aliquod Dominium exercere, & ab eis ratione Collectarum, vel Subsidiorum quidquam petere, nisi tantum Census dicto Archiepiscopo Messanen. debitum vi superioris enunciatae Fundationis Archimandritatus, & prout ex tenore Bullarum Apostolicarum memoratorum Pontificum clare liquet, quibus omnibus plena habeatur relatio. Quæ quidem Archimandritalis Abbatia anno millesimo quadringentesimo vigesimo primo in Commendam verâ fuit, & primus Archimandrita Commendatarius a Rege Alphonso præsentatus Lucas de Bufalis, & a Martino V. Pontifice Maximo institutus. Sic igitur existente fundato Archimandrita plurimorum annorum serie, ac seculorum semper inter Archiepiscopum Messanen., & Archimandritam pro tempore existentes exorta sunt quamplures disceptationes, & dissensiones circa potestatem, quam Archimandrita ipse prætendit habere, & Archiepiscopus omnino negat: Unde diversis temporibus in Curia Romana introductæ sunt variæ petitiones, tam ex parte Archiepiscopi Messanen., quam ex parte dicti Archimandrite, qui modo prætendit, ut infra. Primo recognoscit ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo Messanen. tamquam vere Ordinarium cum sua propria Diocesi distincta, & separata, ac independenti cum Jurisdictione Spiritualis, ac Temporalis, ut qui libet Prælatum in sua propria Diocesi habet, & vere esse Nullius. Secundo Census constitutum in fundatione Archimandritatus modo ad uncias sexdecim, & carolenos octo redactum non Jure recognitionis solvendum esse, sed pro omni Jure Episcopali deberi Archiepiscopo Messanen. & Successoribus suis secundum quamdam Concordiam Ugonis Archiepiscopi Messanen. cum Rege; Successive posthac prætendit propria auctoritate confingentes ad Ecclesias Archimandritales extrahere, & in carceribus detineri ad nomen Ecclesiæ, etiam de Mandato ejusdem; nec non posse literas dimissoriales suis Subditis concedere, item concursus ad Beneficia curata posse instituire; Demum directiones dispensationum, & Litterarum Apostolicarum ei posse competere. Adversus quas quidem præsentiones supradictus Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus de Migliaccio Archiepiscopus Messanen. dicebat Primo, minime Archimandritam esse Ordinarium cum separata Diocesi, ac distincto Territorio, & vere nullius. Secundo Census deberi a di-

dicto Illustrissimo Archimandrita vigore fundationis prædicti Archimandritatus, ac Diplomatum Regionum. Tertio recognitionem, & declarationem Immunitatis Ecclesiasticæ pro confugientibus ad Ecclesias Archimandritales, eorumque extractionem non posse spectare dicto Illustrissimo Archimandrita, sed private hoc pertinere ad dictum Illustrissimum Archiepiscopum Messanen., tamquam Delegatum Apostolicum. Quarto Literas Dimissoriales, nec pariter dictum Archimandritam suis subditis posse concedere respondebatur. Quinto instituire concursus ad Beneficia curata non posse prætere absque expressa Sedis Apostolicæ concessione. Sexto quoad directionem Dispensationum Apostolicarum, & Literarum Curie Romanæ respondebatur ad se spectare tam private quoad omnes. Pro quibus fulciendis responsionibus ex parte dicti Illustrissimi, & Reverendissimi Archiepiscopi Messanen. nonnulla documenta, Decreta Sac. Congregationis, Canones, Scripturæ, & alia favorabilia allegabantur, & plenissime adducebantur, at tam dictus Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus D. Joseph Migliaccio Archiepiscopus Messanen., quam dictus Illustrissimus, ac Reverendissimus Dominus D. Silvius Valenti Gonzaga Archimandrita itidem Messanen. serio inter se meditates quam absonum sit ab Ecclesiastica Disciplina, & Prælatorum dignitate lites fovere, eas præcipue, quæ simplicem Jurisdictionem respiciunt, a quibus innumera detrimenta, & scandala, ut compertum est prodire solent, quæ Prælatorum charitati, & subditarum animarum regimini sunt quam maxime infensa, sedulo eorum animum applicuerunt ad dirimendas lites, & ad pacem, benevolentiamque conciliandam, accedentibus quoque ad hoc pro fulcienda ex utraque parte lite innumeris sumptibus, & dubio litis eventu de promptiori animo deliberaverunt remoto omni strepitu, & figura judiciali differentias jam dictas componere, & rationes, Jura, & documenta utriusque partis visioni, revisioni, & considerationi sapientium, & prudentium Virorum in utraque Juris Censura Consultorum committere, & commendare, ea propter confidentes de integritate, Zelo, Prudentia, Doctrina, Probitate, aliarumque virtutum meritis Admod. Reverendi Abbatibus Sac. Theologiæ, & J. U. Doctoris D. Joseph Bugliotti Assessoris Ordinarii Magnæ Curie Archiepiscopalis, nec non U. J. Doctoris D. Andrea Mendolia Fisci Patroni Magnæ Curie Archimandritalis, nec non J. U. Doctoris D. Francisci Campagna utriusque Curie Ordinarii Assessoris eisdem commiserunt, ut simul concordēs quidquid benevisum, & ipsismet magis proficuum pro conservanda in perpetuum pace, & mutua benevolentia videretur super præmissis componere, & statuere, & quod resolutum, concordatum, & compositum fuerit ab eisdem Illustrissimis, & Reverendissimis Dominis Archiepiscopo,

& Archimandrita observari, & adimpleri, ac perpetuum silentium in hujusmodi quæstionibus interponi, sed adventenuper Messanæ Studiorum suorum lucubrationes typis tradendi causa Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Josepho Maria Perimezzi Ordinis Minimorum. S. Francisci de Paula Sanctissimi Domini nostri Benedicti XIII. Prælato Domestico, ac Pontificio Solio Episcopo Assistente Sanctæ Oppidenis Ecclesiæ Episcopo, Zelo, Prudentia, Doctrina, Probitate, & aliarum virtutum meritis prædito, ac in Sacra Theologia, & in utroque Jure præclarissimo consulto congruum, sic eis fortuna aspirante, exillimaverunt committere, & commendare eidem visionem, revisionem, & considerationem dictarum differentiarum cum juribus, rationibus, & monumentis utriusque partis, prout hilari animo commiserunt, & commendaverunt, atque compositionem, transactionem, concordiamque ab eodem quoque exposcere, & expectare; Præfatus igitur Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Frater D. Joseph Maria Perimezzi Episcopus Oppidenis amicitia officii utriusque accommodatis, reque bene discussa, & deliberata controversias componere, & in hanc conciliationem dissidentes animos inducere fategit, proinde visis videndis, consideratis considerandis, ac mature attenteque perpensis per dictum Dominum Episcopum Oppidensem tam in Jure, quam in factio rationibus, Juribus, capitibus, & causis ambarum Partium adductis, dictis, & pluries coram eodem discussis, nempe pro parte prædicti Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi Messanen. ab eodem Reverendo U. J. Doctore Abbate Don Joseph Buglio, & pro parte dicti Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Archimandritæ ab J. U. Doctore D. Andrea Mendolia, nec non pro utraque parte ab U. J. Doctore D. Francisco Campagna sic ut infra compositionis, Conventionis, Transactionis, & Concordiæ super enunciatis præventionibus exemplum expressit, ad quod tam dictus Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Messanen., quam dictus Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Archimandrita itidem, & pariter Messanen. respicientes illudque complectentes decreverunt inter se convenire, & proinde ad faciliorem, firmioremque amicitia nexum, & ut firma in perpetuum inter eorum Successores etiam remaneat præfens concordia, & ad hoc præfens documentum, reservato semper Sanctæ Sedis Apostolicæ assensu, devenire statuerunt, prout deveniunt modo, & forma quibus infra. Hinc est quod hodie præfenti præterita die Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus D. Joseph Migliaccio Archiepiscopus Messanen., & Admodum Reverendi Dignitates, & Canonici dictæ Sanctæ Protometropolitane Messanen. Ecclesiæ, videlicet: U. J. Doctor D. Cajetanus Buglio Decanus, & Canonicus, U. J. Doctor Don Bartholomæus Castel-

stello Cantor, & Canonicus U. J. Doctor D. Antonius Galletti U. J. Doctor D. Didacus Migliorino, Don Joannes Antonius Muni, Don Vincentius Foti, Don Dominicus Rizzo, Don Antonius Granata, Don Antonius Colita, Don Cæsar Castelli, Don Franciscus Brancata, Don Joannes Marino, Don Gaspar Calcagni, Don Ignatius Gaeta, Don Fridericus Moncada præfentantes Reverendissimum Capitulum parte ex una, & Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Don Silvius Valenti Gonzaga Archimandrita Messanen. ex alia parte per se, & Successores suos in Archiepiscopatum, & Archimandritatum prædictos implorato prius assensu Sanctæ Sedis Apostolicæ vigore præfentis documenti perpetuo valituri mutua stipulatione hinc inde interveniente ad dirimendas omnes controversias, & contentiones super infrascriptis articulis inter se convenerunt, & conveniunt, nempe: Primo quod prædictus Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Archiepiscopus per se, & Successores suos recognoscit Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Archimandrita tam, & Successores suos habere omnimodam Jurisdictionem, ordinariam, Civilem, & contentiosam, & Criminalem in omnibus locis suæ Diocesis, nec non in Urbe Messanæ super suos Subditos juxta tenorem Bullarum Apostolicarum, ac sententiarum pronunciarum, ad quas sententias habeatur respectus, & relatio pro eo quod respicit, & pertinet ad hunc tantummodo articulum ordinarietatis Illustrissimi Domini Archimandritæ, nulla habita consideratione articulorum reliquorum in sententiis contentorum, qui declarantur remanere in eodem statu in quo ad præfens sunt, & vigore præfentium articulorum in hac Transactione, & concordia contentorum remanent. Secundo Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Archimandrita ut supra per se, & Successores suos obligatus sit, prout vigore præfentis se obligavit, & obligatolvere annuatim Illustrissimo, & Reverendissimo Archiepiscopo Messanen. uncias sexdecim, & carolenos octo pecuniæ currentis hujus Regni Jure census debiti juxta tenorem fundationis, regionumque Diplomatum. Tertio convenerunt, & conveniunt quod Illustrissimus Archimandrita, & Successores sui in Archimandritatu possit concedere dimissoriales literas suis Subditis ad ordines suscipiendos, ita tamen ut toties quoties illos dimittere habeat, teneatur ex pacto vigore præfentis conventionis dimittere, dimissorialesque literas dirigere private Illustrissimo Archiepiscopo Messanen. adventibus autem contingentibus casibus, vel impedimentis Domini Archiepiscopi, vel longe absentia ordinandorum, sic peculiariter conveniunt: Illustrissimus Archiepiscopus assentit quoties Sancta Sedes annuat, quantum in se est, posse Dominum Archimandritam literas dimissoriales dirigere ad prædictum Archiepiscopum Messanen., & eo impedito ad quem

cumque Episcopum juxta styllum, & formam consuetam; quod pariter intelligendum est de Apostolicis Brevibus super dispensatione ætatis, vel temporum Interstitiis, & ad omnem equivocationem tollendam statuunt modo pro longa absentia Ordinandorum, intelligatur quotiescumque reperiantur, & sint extra Diocesim Domini Archiepiscopi Messanen., ita quod hujusmodi literæ dimissoriales præfentari debeant in magna Curia Archiepiscopali Messanen., & a Cancellario ipsius apponi, & subscribi debeat: Ita est sic ex pacto, & accedente Sanctæ Sedis consensu, Item conveniunt posse Dominum Archimandritam dimissoriales literas concedere ad quemcumque directas in vacatione Ecclesiæ Messanen. adiecta particula, scilicet *Sede vacante*, hoc tamen expresse declarato, quod ejusmodi literæ dimissoriales etiam præfentari debeant in magna Curia Archiepiscopali Messanen., & a Cancellario apponi, & subscribi debeat. Ita est sic ex pacto, & accedente S. Sedis consensu. Quarto in vim præfentis Concordiæ convenerunt, & conveniunt quod Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Archimandrita, & Successores sui possint, libereque valeant concursus quoscumque ad Beneficia curata in sua Archimandritali Diocesi vacantia indicere, & instituire, quibus concursibus, & Institutionibus Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Messanen. per se, & Successores suos in vim præfentis Concordiæ promittit, & promittit ex nunc pro tunc, & e converso non se opponere quoties pariter Sancta Sedes indulgeat. Quinto pariter convenerunt, & conveniunt quod litteræ Apostolicæ, & dispensationes Matrimoniales pro Subditis Diocesis Archimandritalis si fuerint a Sede Apostolica directæ Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archimandritæ, tunc exequi debeant ab ipso Archimandrita, & nullum ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo Messanæ præfente, & qui pro tempore fuerit, possit fieri impedimentum, vel obstaculum, & e contra si fuerint ex aliqua speciali causa directæ Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo Messanen. tunc ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo exequi debeant, & nulla possit per Illustrissimum, & Reverendissimum Archimandritam fieri oppositio. Sic ex pacto inter eos, & non aliter &c. Sexto quoad recognitionem, & declarationem Immunitatis confugientium ad Ecclesias Archimandritales Diocesis inter se convenerunt, & conveniunt, quod ubi videndum est, utrum confugientes gaudeant, vel non gaudeant si sint restituendi, vel non sint restituendi Ecclesiæ, tunc Dominus Archimandrita, ejusque Successores debeant illos extrahere ex propriis Ecclesiis, & in suis carceribus custodire cum declaratione eos detinendi ad dispositionem Domini Archiepiscopi, ad quem private spectat tale Jus decisionis, teneaturque

turque Dominus Archimandrita mediante epistola ex officio certiorum reddere Dominum Archiepiscopum de extractione, & detentione Rei extracti intra terminum dierum quatuor. Septimo pro majori validitate, & firmitate ad invicem liti cessant, & liti cedunt omnibus, & quibuscumque supplicationibus, aliisque actibus usque modo hinc inde gestis, & unicuique Cause, & pendentie super supradictis articulis, ut supra transactis, tantum, & dumtaxat promittentes ad invicem unus alteri, & e converso presententi Transactioni non contradicere, nec adversus ea aliquid opponere, sed eis stare, & acquiescere, & ab ea nunquam reclamare, renunciantes ad invicem quibuscumque iuribus, & legum dispositionibus, ac quibuscumque beneficiis tam de Jure Canonico, quam Civili, vel ex quacumque peculiari lege, aliisque forte in contrarium dictantibus, quibus non uti promittunt ex pacto &c. pro reliquis vero altercationibus, questionibus, aliisque ad invicem preteritis tam decisis, quam pendentibus, & tam in Judicio deductis, quam non deductis uniuscuique ex eis remaneat in eius primævis Juribus in quibus erat, & est ante presentem Concordiam, & neutri ex eis per presentem Instrumentum Concordiæ, & Transactionis intelligatur inductum, & illatum aliquod præjudicium, sed omnia, & singula in transacta, & in presententi non expressa remaneant in eo statu, quo sunt, & quilibet ex eis si voluerit liberas Edes habeat jura sua experiendi, prout ante presentem experiri poterat, firma tamen, & rata manente hac presententi Concordia super articulis prædictis, ut supra transactis, & non aliter &c., & ad hoc ut presentis Concordia, & Transactionis firma in perpetuum sit, ad invicem sibi ipsis promiserunt, & promittunt implorare, & obtinere confirmationem a Sancta Sede Apostolica, & quilibet ex eis teneatur facere partes suas, & adhibere omnem diligentiam, constituentes ad invicem se ipsos Procuratores ad hanc specialem causam implorandi, & obtinendi prædictam confirmationem a Sancta Sede Apostolica cum omni amplo, & speciali mandato, & quilibet ex eis per se, & successores suos respective teneatur prout se obligavit, & obligat presentem Transactionem in omnibus, & per omnia observare, & adimplere juxta tenorem, & formam, ac sub illis legibus, quibus fuerit per S. Sedem Apostolicam præscriptum, & non alias &c. Et casu quo non fuerit presentis Concordia confirmata a S. Sede Apostolica tunc, & eo casu nullam habeat vim, neque efficaciam, & neuter ex eis teneatur ad illius observantiam, sed uniuscuique ex eis remaneat in eius primævis Juribus, & actionibus, prout ante presentem erat, & nullum per presentem intelligatur acquisitum Jus, nec illatum præjudicium, & non aliter &c. ex pacto &c. Ita est Frater Joseph Maria Episcopus Oppidenfis; & volentes partes ipsæ, ut de præserto Instrumen-

to Concordiæ, Transactionis, & Conventionis plene constet, & toties a Sancta Sede Apostolica beneplacitum super præmissis in Transactione prædicta obtentum fuerit, prout ad invicem obtinere, & implorare promittunt, illud observari debeat, deliberaverunt etiam ad presentem Alberani formam devenire, prout deveniunt, vi cujus teneantur quemadmodum se obligarunt, & obligant obtento beneplacito prædicto, & adhibita exinde publica, & solemnī stipulatione Concordiam prædictam in omnibus, & per omnia observare, & adimplere juxta tenorem, & formam, ac sub illis legibus quibus fuerit per S. Sedem ipsam Apostolicam præscriptum, & non aliter &c. & non obtento beneplacito Apostolico uterque remaneat in Jure suo, & presentis Alberani forma nullam vim, & robur habeat, dum ad hoc devenitur solummodo, ut in obtinendo beneplacito Apostolico dignoscatur a S. Sede utrumque consensum adesse circa Transactionem prædictam ipsorum prædictorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum Archiepiscopi, & Archimandritæ, qui se in presententi subscripserunt, unde &c. Messanæ die trigesima Augusti millesimi septingentesimi vigesimi octavi. Joseph Archiepiscopus Messanen. Silvius Archimandrita Messanen. Abbas Bartholomæus Dominicus Voci ad sui testis & Doctor Joseph Celi ad sui testis &c. ex actis quondam Notarii Ignatii Saraci Messanen. extracta est presentis copia per me Notarium Joseph Chiatto &c. plenius, & fusius continetur.

§.4. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat dictus Joseph Archiepiscopus antequam beneplacitum huiusmodi a Nobis impetraretur, debitum nature persolverit, Concordia, seu Transactionis vero huiusmodi pro diu optato bono pacis inita sit, & ex illa non modicum divini cultus, & Spiritualium animarum dicto Monasterio subiectarum huiusmodi consolationum ortorum sit incrementum. Ideoque Thomas Archiepiscopus, & Silvius Archiepiscopus, & Commendatarius præfati plurimum cupiant illam per Nos, & Sedem Apostolicam, ut infra, approbari, & confirmari, illamque Apostolicæ firmitatis munimine roborari, quare pro parte Thomæ Archiepiscopi, & Silvii Archiepiscopi, & Commendatarii prædictorum Nobis fuit humiliter supplicatum quatenus eis in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§.5. Nos igitur qui dissidentium animos in concordia unitate conciliare, & confirmare sinceris exoptamus affectibus, Thomæ Archiepiscopo, & Silvio Archiepiscopo, & Commendatario prædictis specialem gratiam facere volentes, ac Thomam Archiepiscopum, & Silvium Archiepiscopum, & Commendatarium præfatos a quibusvis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & Pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis; si quibus quomodolibet innodati existant ad effectum presentium tantum consequen-

Utraque pars presentem Concordiam petit confirmari.

Quod conceditur a Pontifice.

sequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ac instrumenti prædicti seu Scripturarum prædictarum tenores etiam veriores ac datam presentibus pro expressis habentes, necnon causas, & controversias huiusmodi ad Nos avocantes, litesque prædictas quoad Thomam Archiepiscopum, & Silvium Archiepiscopum, & Commendatarium præfatos tantum penitus, & omnino extinguentes, ex Voto Congregationis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Decretorum Concilii Tridentini Interpretum huiusmodi supplicationibus inclinati Concordiam, seu Transactionem huiusmodi, & prout eam concernit, seu concernunt desuper confectum Instrumentum, seu desuper confectas Scripturas huiusmodi, & in eo seu eis contenta quacumque licita tamen, & honesta, cum omnibus, & singulis inde legitime sequentibus, & sequendis quibuscumque Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique perpetue inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adicimus, ac omnes, & singulos tam Juris, quam Facti, & solemnitate, aliosque quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint in eisdem, supplemus.

Concordiam ejusque confirmationem nulli unquam notari posse, vitio statuitur.

§.6. Necnon Concordiam, seu Transactionem prædictam, necnon Instrumentum, seu Scripturas huiusmodi validum, & efficax, seu validas, & efficaces esse, & fore, suisque plenarias, & integros effectus sortiri, & obtinere, & tam a Thoma, & Silvio Archiepiscopis, & Commendatario præfatis, quam a quibusvis aliis, ad quos nunc quomodolibet spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri debere, & ab illis resisti, aut recedi nullo unquam tempore posse, ac Thomam, & Silvium Archiepiscopum, & Commendatarium præfatos, eorumque in Archiepiscopatu Messanen, & Monasterio prædictis respective Successores pro tempore existentes desuper a quoque quavis auctoritate, & quovis prætextu, colore, vel ingenio directe, vel indirecte molestari, inquietari, vel perturbari nullatenus unquam posse, neque debere, necnon eisdem presentes de subreptionis, aut nullitatis vitio, seu Intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel perturbari, aut aliter quomodolibet infringi, vel retractari, seu ad viam, & terminos Juris reduci, aut in controversiam revocari, aut adversus eas quodcumque Juris, vel Facti, aut gratiæ remedium impetrari, vel concedi nunquam posse, easque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per Nos, & Successores Nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes sub quibusvis verborum expressionibus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine pro tempore quomodolibet factis,

Bull. Rom. Tom. XIV.

& faciendis, ac concessis, & concedendis minime comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori data per Thomam, & Silvium Archiepiscopos, & Commendatarium præfatos quacumque eligenda concessas esse, & fore, ac semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc spectat, & spectare poterit quomodolibet in futurum perpetuo firmiter, & inviolabiliter observari, & adimpleri, sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfatos S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos dicteque Sedis Nuncios judicari, & definituri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Derogatio contrariorum

§.7. Non obstantibus quibuscumque, etiam in Provincialibus, & universalibus Conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiæ Messanen, & Monasterii, necnon ordinis prædictorum, & Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis illis, illiusque Capitulo, & Canonicis, & Conventui ejusdem Monasterii, quomodolibet forsitan concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata expressis, & inserti forent iisdem presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in hoc robore permanentis hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, ac specialiter, & expresse harum quoque serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Poenæ infractoribus intentatæ.

§.8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, avocationis, extinctionis, approbationis, confirmationis, roboris, adiectionis, defectuum, suppletionis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majori, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo trigésimo quinto, Octavo Idus Martii Pontificatus nostri Anno VI.

Dat. die 8. Martii 1736. An. VI.